

in civitatibus, villis atque locis ipsius multas structuras, castra
et fortalicia, ecclesias et monasteria largis sumptibus adornavit.

Inter que capellam regiam in quodam novo castro construxit de
marmore et gemmis necnon et auri fabrica sumptu inestimabili
adornatam. Ecclesiam^{a)} ipsius regni metropolim, Pragensem vide: ^{b)} Ecclesia Pragensis
licet, ecclesie Maguntine prius suffraganeam, de cathedrali in ^{archiepiscopatur in marg.}
^{cod.}
archiepiscopalem erigi procuravit, quasdam ipsius regni eccle:
sias collegiatas et conventuales erigendo in cathedrales et subici:
endo Pragensi ecclesie metropoli supradicte.

1348.

Ad hoc in eadem civitate Pragensi instituit in facultate ^{b)} Studium Pragense in
artium liberalium necnon utriusque iuris canonum videlicet ^{marg. cod.}
atque legum studium generale, Idem studium privilegiis tam
papalibus quam imperialibus nobiliter extollendo.

In colligendis sanctorum reliquiis plurimum studiosus cum ^{c)} Festum lancee domini
cultum dei et erga reverentiam sancte Romane ecclesie se devo: ^{instituitur in marg. cod.}

1354.

fol. 116.

tum ostentabat. Unde ob venerationem reliquiarum sanctarum
imperialium, scilicet lance lateris Christi et clavorum domini,
que quidem reliquie venerande in thesauris regis cum nonnullis
aliis reliquiis et aliis imperialibus insigniis repositae hactenus reser:
vantur, fecit institui ipse Carolus imperator et solemnius per
universam ecclesiam Germanie perpetuis temporibus singulis annis
feria sexta post octavas Pasche celebrari festum clavorum et lan:
cee dominice passionis cum ^{45]} legenda et hystoria, cantu atque officio
nisse ad ipsum festum specialiter deputatis. Idem nempe
^{f) iuris suppl. 9) haltonius cod.}

^{45]} Festum armorum quod dicitur institutum est anno 1354 per Innocentium papam VI.